

3149

LITURGICI

3150

SS. continet. *Gregorium Maurum* inter fabulas ablegandum putem. Qui *Valentinianus Vngarorum Rex* dicatur, non video, nisi quod Primus hujus nominis *Cibalis* in *Pannonia* natus, Secundus vero *Aquinci* Imperator proclamatus fuit. Principis cujusdam *κρημα* Librum hunc precatorium fuisse liquet cum ex Oratione fol. 7. *Queso omnipotens deus, ut ego famulus tuus qui de tua miseratione suscepi principatus gubernacula* &c. tum ex alia fol. 24. p. 2. *auxiliare queso michi famulo tuo populoque mihi subiecto* &c. Hunc vero Principem ad Stirpem *Austriacam* pertinuisse, credibile fit partim ex Oratione de *Sancto Morando comite de babspurg*, partim ex invocatione aliorum *Austriae*, *Bobemiae*, *Hungariae*que Indigentum. Cum porro Spiritus, ut ita dicam, *Equester* per totum non obscure se prodatur, vix errabit, qui *Maximilianum* potius, quam *Fridericum* Patrem possessorem dixerit.

DCCCCVIII.

683 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 99. 4. luculente scriptus, rubricis distinctus, decemque Picturis auro speciosis materiaeque accommodis ornatus offert primo, ut solet, *Calendarium*, in quo ad 3. Sept. *Mansuetus Ep.* ad 1. Oct. *Remigius* minio scribuntur. Sequuntur Preces ad B. V. Initia Evangeliorum *Luciae* et *Jobannis*, relicto pro reliquis spatio, tum Officium B. V.

quod vocant, minus, Psalms Poenitentiales, Litaniae de OO. SS. inter quos *Gengulphus*, *Deodatus*, *Aper*, *Vedastus*, *Apronia*, *Libaria*, Officium Defunctorum, et Horae de Cruce, in quarum fronte Pictor imaginem imperfectam destituit.

DCCCCIX.

Codex membraneus lat. Sec. 734 XV. Folior. 124. 4. eleganter exaratus, et praeter Margines complures, Literasque initiorum auro coloribusque illustres, Picturis 12. e novo Testamento maximam partem depromtis conspicuus, *Precatorius* est, continetque Horas S. Crucis, S. Spiritus, Missam de B. V. M. Variorum Sanctorum Commemorationes, Horas de B. V. M. et Officium per Adventum, Psalms Poenitentiales, et Mortuorum Vigiliis. Pictura SS. Trinitatis fol. 75. Scuta gentilitia bina Crucem Ordinis *Hispanici* de *Calatrava* praeferebat exhibet, et Picturae fol. 97. Mortuorum Vigiliis praefixae adjectum est Lemma: *Aspice Mortua*. et: *Mori Convient D Ausonu*. Unde suspicio, Libellum scriptum, pictumque jussu cujusdam ex illustri Stirpe de *Giron Ducum de Osuna* five *Ausona*, eo magis, quod refert *Nobiliarium Hisp.* et ex eo *Imbosius* in *Corp. Hist. Geneal. Ital. et Hisp.* p. 137. a *Jobanne* quodam hujus Stirpis Sacello *Ausoniae* extracto inscriptum fuisse: *Si vivere pulchrum est, mori utile est. Si el vivir es hermoso,*